

Reverende in Christo Pater

P. C.

196

Veriam dabit mihi Vra quod ex Superiori Germania Romam usq[ue] audeam
Vr[um] h[is]ce literis compellere, sancti enim nomine tenus ignotus sim,
sum tamen servus et indignus frater Vro, eiusdemq[ue] Matris filius:
Audiveris utique Vra, quo flagello Divina Iustitia placeat, ob delicta nostra
charam nostram patriam Germaniam castigare, aspero nimirum illo pestifero
contagione, quo Austriam totam, dirum in modum hoc anno exerceat,
et vna viciniam nostram omnem ingenti consternatione replevit.

De hoc tunc in lucem dedit Vra ante annos viginti opusculum protestanti-
sum, et mundo notum, cum oberna nominis sui fama, et claritate: Tractatus
ille pretiosus, uti vel maxime hoc calamitoso tempore Doctorum manibus versatur
et ingenti gestu evolvitur, ita non neminem cupido impulit, cum plerimi
eam de proximis personis latina lingua non equi gnari sint, et tamen libri
illius intelligendi ingenti desiderio rapiantur, eundem in linguam Germanicam
patrie nostrae propriam transferendi: Erat autem vir ille Catholicus, et Medicus
peritus haud Ignobilis, qui pro maxima estimatione tractatus illius perfectissimi
Vro privato studio et accurata diligentia, eundem Germanice reddidit, mihiq[ue]
manu sua scriptum exhibuit, quem ego cum latino originali contuli, et fidelissimi
non minus, quam nativa lingua gratia ac efficacia translatum inveni.

Ut autem ad commune Patriae bonum, quod innumeri desiderant, propagetur
in animo haberet, eundem Germanice iam redditam, impensis et sumptibus propriis,
typis dare; hoc autem cum sine benigna licentia Vro facere nec vellet nec
posset, supplicat Vro per me (qui hui loci in Templo Cathedrali Eclesiarum ago)
ut pro ingenti illa sua benignitate, et omnibus gratificandi studio licentiam in
faciendi, haud gravate Vra dignetur concedere, cedet illud ad Dei imprimis gloriam,
et corporum non minus, quam animorum salutem, tum etiam ad incrementum
et gloriam per Europam clarissimi nominis Vro, quam tamen famam magna mens
Vro pro innata sibi demissione pridem contempsit. Titulum libri Germanice dandi
(si id permiserit Vra) et in frontispicio proponendi h[is]ce includo. Expecto
interim responsum Vro gratiosum, quod si acceperis, solatio et gaudio erit innumerus.

H[is]ce me Vro Amis sacrificij humiliter commendo.
Augusta Viendelicorum i. Decemb. 1649.

Vro

Indig: in cto Servus
Wolfgangus Dörhain

Reverendo Patri in Christo L. Athenasio
Küncher Sociis J. W.

Roma.

